Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Synonyma Ciceronis - Cod. Ettenheim-Münster 40

Cicero, Marcus Tullius

[S.l.], 1506

Juvenalis

urn:nbn:de:bsz:31-108148

Visual Library

Juuenalis

Unde habeas querit nemo sed oportet habere
Hoc monstrant vetule pueris postentibus asse ^ in secundo folio
Hoc discunt omnes ante alpha et beta puelle
Expectata diu tande p[ro]uincia ... te
Rectore accipiet pone tre frena modumque
Prima peregrinos obscena pecunia mores
Intulit / et turpi fregerunt secula buxo ‡ Inguinis et capitis q[uae] sint discrimina nescit
Diuitie molles / quid · n · venus ebria curat
‡ Has patitur penas peccandi sola voluntas
Nam scelus intra se tacitu q[ui] cogitat ille
Facti crimen h[abe]t cedo si conata peregit ^
Malo pater tibi sit thersites dummodo tu sis
Eacide similis vulcanique arma capessas
Quam te tersite similem producat achilles
Pauca licet portes argenti vascula puri
Nocte iter ingressus gladium contumque timebis
Cantabit vacuus coram latrone viator
Mensura tamen que
Sufficiat census siquis me consulet edam
In quantum sitis atque fames et frigora poscunt
Omne animi vicium tanto conspectius in se
Crimen habet quanto maior qui peccat habetur
Nullum numen habes si sit prudentia sed te
Nos facimus fortuna deam celoque locamus

Hij sunt qui trepidant et ad omnia fulgura pallent
Cum tonat exanimes primo quoque murmure celi ^

Non ſumus ergo pares melior quam ſemper et omni
Nocte dieque poteſt alienum ſumere vultum

Omnibus in terris que ſunt a gadibus usque
Auroram et gangem pauci dignoſcere poſſunt
Vera bona

Sed iam ſerpentum maior concordia. parcit
Cognatis maculis ſimilis fera quando leoni
Fortior eripuit vitam leo: quo nemore unquam
Expiravit aper maioris dentibus apri
Indica tigris agit rapida cum tigride pacem
Perpetuam: ſevis inter ſe convenit urſis
Aſt homini ferrum lethale incude nephanda
Produxiſſe parum eſt cum raſtra et ſarcula tantum
Aſſueti coquere et raſtris ac vomere laſſi
Neſcierint primi gladios excudere fabri

In Saty. 15 Juvenalis

Terra malos homines nunc educat atque puſillos.
Ergo deus quicunque aſpexit: ridet et odit.

Atque ideo venerabile ſoli
Sortiti ingenium: divinorumque capaces:
Atque exercendis capiendiſque artibus apti:
Senſum a celeſti demiſſum traximus arce:
Cuius egent prona et terram ſpectantia: mundi
Principio indulſit communis conditor illis

Tantum animas: nobis arm qz: muniu ut nos
Affatu petere audiui; et pstare juberet:

Ex xl

Si damnosa senem iuuat alea ludit et heres
Bullatus paruoqz eadem mouet arma fritillo
Sic natura iubet velotius et citius nos
Corrumpunt viciorum exempla domestica
Quoniam donles imitandis
Turpibus et prauis omnes sumus et Catelina
Quocumqz populo videas quorumqz sub axe
Si nec brutus erit, brutum nec Auunculus usqm
Nil dictu foedum visuqz hec limina tangat
Intra que puer est procul hinc pascit inde puelle: Lenonis
Maxima debetur puero reuerentia si quid lenonum et cantus
Turpe paras nec tu pueri contempseris annos Noctem tantis parasiti
Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit Sed peccaturo ob
Interea pleno cum turget sacculus ore sistat tibi filius infans
Maior qz videtur: Et melior vinna seges
Nec credas ponendum aliquid discriminis inter
Unguenta et corium lucri bonus est odor ex re: Qualibet
Tanta parta malis cura maiore metuqz
Seruantur misera est magni custodia censis

Ex 13 Juue: parm

Exemplo quocumqz malo committitur ipsi
Displicet auctori: prima est hec vltio qz se
Judice nemo nocens absoluitur

Ponamq nimios gemitus flagrantior equo
Non debz dolor ee viri ner vulnere maior
Utriusque fortune sapientia dominus autem
Hos quoqz foelices qui ferre incomoda vite
Nec iactare iugum vita didicere magistra
Credebant hoc grande nephas et morte piandum
Si iuvenis vetulo no assurrexerat et si
Barbato cuicumqz puer licet ipse videret
Plura domi farra et maiores glandis acervos
Tam venerabile erat precedere quatuor annis
Primaqz par adeo sacre lanugo senecte
Ut sit magna tamen certe lenta ira deorum
Quandoquidem acceptos claudenda e iamua dans
Et maiore domus gemitu maiore tumultu
Planguntur nummi qua funera
Cuppe minuit
Semper et infirmi est animi exiguiqz voluptas
Ultio continuo sic collige quod vindicta
Nemo magis gaudet qua femina
In fine fo Hec patitur penas peccandi sola voluntas

Ex xi satyra

Interea gustus elementa per omnia querunt
Nunqua anima preciis obstantibus interius si
Attendas magis illa iuvat que pluris emuntur

Bucce
Noſcenda eſt menſura sue: ſpectandaq rebꝰ
In ſummis minimiſq
Ne mullum cupias cum ſit tibi gobio tantum
In loculis

Ex decima Iuue: ſaty:

Sed plures nimia congeſta pecunia cura
Strangulat et cuncta: exuperans patrimonia cenſꝰ
Ad generum cereris ſine ~~morte tyranni~~ cede et vulnere — pauci
Sarcophago contentꝰ erit / mors ſola fatetur
Deſcendunt reges et ſicca morte tyranni
Quantula ſint hominum corpuſcula
Hec data pena diu viuentibꝰ, vt renouata
Semper clade domꝰ, multis in luctibꝰ, inque
Perpetuo merore/et nigra veſte ſeneſcant
Orandum est vt ſit mens ſana in corpore ſano
Fortem poſce animum mortis terrore carentem
Qui ſpacium vite extremum inter munera ponat
Semita certe: Tranquille per virtute patet unica vite

Ex Nona

Nam res mortifera eſt inimicꝰ pumice leuis
Viuendum eſt recte cum propter plurima tunc his
Precipue cauſis vt linguas mancipiorum
Contemnas nam lingua mali pars peſſima ſerui

Festinat enim decurrere velox
Flosculus anguste mi[se]reque brevissima vite
Portio, dum bibimus dum serta unguenta puellas
Poscimus, obrepit non intellecta senectus

Ex octaua

Tota licet veteres exornent undique cere
Atria nobilitas sola est atque unica virtus
Summum crede nephas animam preferre pudori
Et propter vitam vivendi perdere causas
Pone et auaricie miserere inopum sociorum
Maiorum primus quisquis fuit ille tuorum
Aut pastor fuit aut aliud quod dicere nolo

Ex septima

Nosse volunt omnes mercedem soluere nemo
Si fortuna volet fies de consule rhetor
Si volet hec eadem fies de Rhetore consul
Di maiorum umbris tenuem et sine pondere terram
Spirantesque crocos et in urna perpetuum ver
Qui preceptorem sancti voluere parentis Esse loco

Ex sexta

Si ratio est et honesta timet pauidoque gelantur
Pectore nec tremulis possunt insistere plantis
Fortem animum prestant rebus quas turpiter audent

Jam grauis es nobis et ſepe emungeris · exi
Ocius et propterea / ſicco venit altera naſo
Rara auis in terris nigroque ſimillima cigno

Quis feret vxorem cui conſtat omnia
Nil vnquam inuita donabis coniuge / vendes
Hac obſtante nihil / nihil hec ſi nolit emetur
Hoc volo ſic iubeo ſit pro ratione voluntas
Nulla fere cauſa eſt in qua non femina litem
Mouerit
Semper habet lites alternaque iurgia lectus
In quo nupta iacet / minimum dormitur in illo
Nunc patimur longe pacis mala ſeuior armis
Luxuria incubuit victumque vlciſcitur orbem
Nullum crimen abeſt · facinusque libidinis ex quo
Paupertas romana perit
~~Prima~~ Tamen utile quid ſit
Proſpiciunt aliquando viri frigusque famemque
Formica tandem quidam expauere magiſtra
Prodiga non ſentit pereuntem femina cenſum
Nil non permittit mulier ſibi turpe putat nil
Intolerabilius nihil eſt quam femina diues

Ex quinta

Spes bene cenandi vos decipit ecce dabit iam
Semeſum leporem atque aliquid de clunibus apri

Ex Tertia

Quis mihi diligitur nisi conjux et tum ferues
Aspiciat occultis animus semperque tacendis
Nil ubi se debere putat, nil conferet unquam
Participem, qui te servem facit honestum:
Quid quod adulandi gens prudentissima laudat
Sermonem indocti faciem deformis amici
Quantum quisque sua nummorum servat in archa
Tantum habet et fidei
Nil habet infoelix paupertas durius in se
Quam quod ridiculos homines facit:
Quis gener hic placuit censu minor atque puellis
Sarcinulis impar, quis pauper scribitur heres
Est aliquid quocunque loco quocunque recessu
Unius sese dominum fecisse lacerte
Ex secunda
Dedit hanc contagio labem
Et dabit in plures sicut grex totus in agris
Unius scabie cadit et porrigine porci
Uvaque conspecta livorem ducit ab uva
Esse aliquos manes et subterranea regna
Et contum et stigio ranas in gurgite nigras
Atque una transire vadum tot milia cimba
Nec pueri credunt nisi qui nondum ere lavantur
Ex prima

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

Aude aliquid brevibus gyaris et carcere dignum
Si vis esse aliquid probitas laudatur et alget
Si natura negat facit indignatio versum
Qualemcumque potest quales ego vel cluvienus
Quicquid agunt homines votum timor ira voluptas
Gaudia discursus nostri est farrago libelli

Et maiore domus gemitu maiore tumultu
Planguntur nummi quam funera nemo dolores
Fingit in hoc casu
Ploratur lachrimis amissa pecunia veris

Mobilis et varia est ferme natura malorum
Cum scelus admittunt superest constantia quod fas
Atque nefas tandem incipiunt sentire peractis
Criminibus

M Ausonius

De uxore volente virum veneno necare

Toxica zelotipo dedit uxor mecha marito
Nec satis ad mortem credidit esse datum
Miscuit argenti letalia pondera vivi
Cogeret ut celerem vis geminata necem
Dividat hec siquis faciunt discreta venenum
Antidotum sumet qui sociata bibet
Ergo inter sese dum noxia pocula certant
Cessit loetalis noxa salutifere
Protinus et vacuos alvi petiere recessus
Lubrica deiectis qua via nota cibis
Quam pia cura deum prodest crudelior uxor
Et cum fata volunt bina venena iuvant

Qui laqueum collo nectebat : reperit aurum
Thesaurumque loco deposuit laqueum
At qui condiderat postquam non reperit aurum
Aptavit collo quem reperit laqueum

Fortunam reverenter habe quicumque repente
Dives ab exili progrediere loco

Si bene quid facias facias cito nam cito factum
Gratum erit ingratum gratia tarda facit
Incipe dimidium facti est coepisse supersit
Dimidium rursum hoc incipe et efficies

Qui recte faciet non quī dominatꝰ erit rex
Inmpe quicquid agas p toto ē p̄ma opis ps
Vexat amicitias et foedera et dissociat leg
Non ignoramꝰ quid sit matura senectꝰ
Scire ēm meritū i nō morare dec
Ardua temperies dura experientia rerꝰ
Eventꝰ longo rerū spectatꝰ ab usu
Vt regat idonie ōmes censura iuventam
Que tollerata nimꝰ donet iā erūna iuvaret
Leniret qꝫ visum bona consuetudo laborū
Donet ad angustę pia munera discipline
Effice: ne sit unꝰ parte vt corrupto in altrū
Constendas: sperat qꝫ tuos te consule fastus

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK

gefördert
durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
gefördert
durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch
Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

gefördert durch Baden-Württemberg